a. ⁊ obſequij mei oblatio accepta fiat in hieruſalē ſanctis. vt veniaꝫ
ad vos in gaudio per voluntatē dei vt refrigerer vobiſcum. Deꝰ au
tē pacis ſit cũ õnibꝫ vobis amen. Ca. xvi.

Commendo autem vobis phebem ſororē nrãm. que eſt in mini
ſterio eccleſie. que eſt in cenchris. vt eam ſuſcipiatꝫ in dño digne
ſanctis. ⁊ aſſiſtatis ei in quocũqꝫ negocio vr̃i indiguerit. Etenim ip
ſa quoqꝫ aſtitit multis. ⁊ mihiip̄i. Salutate priſcã ⁊ aquilam adiu-
tores meos in xp̄o ieſu. qui pro aĩa mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt
quibꝫ non ſolum ego grãs ago. ſed ⁊ cuncte eccleſie gētium ⁊ dome
ſtica eccĩa eoꝝ. Salutate ephenetũ dilectũ mihi. qui eſt ꝓmitiuus ec
cleſie aſie in xp̄o ieſu. Salutate mariam que multũ laborabat in vo
bis. Salutate andronicum ⁊ iuliam ꝯgnatos ⁊ cõcaptiuos meos.
qui ſunt nobiles in apoſtolis qui ⁊ ante me fuerũt in xp̄o ihu. Salu-
tate ampliatum dilectiſſimũ mihi in dño. Salutate vrbanum adiu
torem noſtrum in xp̄o ieſu ⁊ ſtachium delectũ meum. Salutate ap
pellen ꝓbum in xp̄o Salutate eos qui ſunt ex ariſtoboli domo Sa
lutate herodionē ꝯgnatum meum. Salutate eos qui ſunt ex narciſ-
ſi domo. qui ſunt in dño. Salutate triphenam ⁊ triphoſam. que la
borãt in domino. Salutate parſidam cariſſimã. que multum labo
rauit in domino. Salutate ruffum electũ in domino. ⁊ matrem eiꝰ
⁊ meaꝫ. Salutate aſiner etum phlegontam hermen patrobam her-
man. ⁊ qui cum eis ſunt fratres. Salutate philogum ⁊ iuliã nereũ
⁊ ſororem eius ⁊ olympiadem. omnes qui cum eis ſanctos. Saluta
te inuicē oculo ſancto. Salutant vos õnes eccleſie xp̄i Rogo auteꝫ
vos fratres. vt obſeruetꝫ eos. qui diſſenſiões ⁊ offendicula preter do
ctrinam quam vos didiciſtis faciũt ⁊ declinate ab illis. Huiuſcemo
di eñi chriſto dño noſtro nõ ſeruiunt. ſed ſuo ventri. ⁊ per dulces ſer
mones ⁊ benedictiões ſeducũt corda innocentium. Veſtra eñi obe
diencia in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis. ſed volo
vos ſapientes eſſe in bono ⁊ ſimplices in malo. Deus autem pacꝫ ꝯ
terat ſathanam ſub pedibꝫ veſtris velociter. Gratia domini noſtri
ieſu xp̄i vobiſcum. Salutat vos thimotheus adiutor meus. ⁊ luciꝰ
⁊ iaſon ⁊ ſoſipater cognati mei. Saluto vos ego tercius qui ſcripſi
epiſtolam in domino. Salutat vos gaius hoſpes meus. ⁊ vniuer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

ſe ecclesie. Salutat vos eraſtus archarius ciuitatis. et quartus frater. Gratia domini noſtri ieſu chriſti cum omnibꝫ vobis. amen. Ei autem qui potens eſt vos ꝯfirmare iuxta euangelium meum ⁊ predicationē ieſu xp̄i. ſecundum reuelationem miſterij temporibꝫ eternis taciti. quod nunc patefactum eſt per ſcripturas ꝓphetarum ſm̄ preceptum eterni dei ad obeditionē fidei cunctis gentibꝫ ꝯgniti ſoli ſapienti deo per ieſum xp̄m. cui honor ⁊ gloria in ſecula ſeculoꝝ amen.

Explicit ep̄l'a pauli ad romanos. Incipit prologus in primā ep̄l'am ad corinthios

Epiſtola prima ad corinthios multas cauſas diuerſaſqꝫ cō plectitur. Quarum partem relatione fratrum cognouit apoſtolus. Partim ipſoꝝ corinthioꝝ ſunt litteris indicare. Nonnullas vero pro officij ſui cura. aut ordinat aut emendat. et varijs curationibꝫ medetur diuerſa infirmitate languentibus. Nam apud eos primum curatur offenſionis vicium. apud multi pſeudo apoſtolorum vnitatem intulerūt ſcindentes eccleſie vt proprij nominis facerent ſectatores quod his exprobrauit verbis apoſtolus

Hoc aūt dico quod vnuſquiſqꝫ veſtrum dicit. Ego quidē ſum pauli. ego autem apollo. ego vero cephe. ego autem xp̄i. Et ob hoc quidem hoꝝ ſe dicit facere nominū mentionem. vt multomagis erubeſcant id ſe facere ſub falſoꝝ apoſtoloꝝ nominibꝫ quod etiam ſi ſub petri ⁊ pauli fieret nomine diſpliceret. Secūda cauſa eiꝰ inducitur. qui paterne oblitꝰ reuerentie vxorem ſibi non erubuit facere de nouerca. Quod facinꝰ licet fornicationem appellauerit apoſtolus tamē ita cōdemnauit. vt in vltionem facti auctorem talis operis diabolo iudicauerit deputandum impoſita iudiciorum ⁊ litium tercia queſtione Quarto loco matrimoniorum iura tractantur his. Quinto loco virginitatis conſilium velut a vicino coniungitur. Sexto loco de eſcarum licentia diſputatur Septimo atqꝫ octauo loco de attendendo viris ⁊ mulieribꝫ velando capite ac ſacramentoꝝ communione p̄cipitur. Nono loco emulatio que diuerſitate donorum ſpiritaliū naſcebatur ſub exemplo membrorum ⁊ corporis caſtigat̄. Decimo reſurrectionis ſpes multis ⁊ argumentis ⁊ rationibus approbatur. Vltimo de colligendis ad neceſſitatem ſanctorum nominis charitatis cura vel edificatio cultui imponitur. Interſeruntur his pauce q̄ aut quibuſdam videtur pendent ex ſuperioribus. aut habent licet propria tamen paruulas actiones

Explicit Prologus

Ad Corinthios pͥma

☞ Incipit argumentum.
Corinthij ſunt achaici. ⁊ hi ſimiliter ab apoſtolo audierūt ꝟbū
veritatis ⁊ ſubuerſi ſūt multifarie a falſis apoſtolis. Quidā
a philoſophie ꝟboſa eloquētia. alij ſecta legis iudaice īducti
ſunt. Hos reuocat apoſtolus ad verā fidem ⁊ euāgelicam ſapiam.
ſcribens eis ab epheſo per thimotheū diſcipulū ſuū.

Explicit argumētum. Incipit epiſtola ad Corin-
thios prima. Capitulum primum.

Paulus vocatꝰ apl's ieſu xp̄i ꝑ volūtatē dei ⁊ ſoſthe
nes frat' eccl'e dei q̄ eſt corinthi ſanctificatis in xp̄o
ieſu vocatis ſanctis cū oīb; qui inuocāt nomē dn̄i
nr̄i ieſu xp̄i in omni loco ipſoꝝ ⁊ noſtro. Grā vobis
⁊ pax a deo prē nr̄o ⁊ dn̄o ieſu xp̄o. Gratias ago do
meo ſemꝑ ꝓ vobis in grā dei que data ē vob̄ ī chri
ſto ieſu. qꝛ in oīb; diuites facti eſtis ī illo in oī ꝟbo ⁊ in oī ſcia. ſicut
teſtimoniū chriſti ꝯfirmatū ē in vobis. ita vt nihil vobis deſit ī vlla
grā expectātib; reuelationē dn̄i nr̄i ieſu chriſti q̄ ⁊ ꝯfirmabit vos vſq;
in finē ſine crimīe in die aduētus dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Fidelis deꝰ per
quē vocati eſtis ī ſocietatē filij eiꝰ ieſu chriſti dn̄i nr̄i. Obſecro autē
vos frēs per nomē dn̄i nr̄i ieſu chriſti vt idipſū dicatis oēs. ⁊ nō ſint
in vobis ſciſmata. Sitis ergo perfecti in eodē ſenſu. ⁊ in eadem ſcia.
Significatū ē em̄ mihi de vobis frēs mei ab his q̄ ſūt cloes. qꝛ ꝯtē-
tiōes ſūt inter vos. Hoc autē dico qđ vnuſquiſq; veſtꝝ dicit. Ego q̄
dē ſum pauli. ego autē appollo. ego ꝟo cephe. ego autē chriſti. Diui
ſus ē chriſtꝰ? Nunq̄d paulꝰ crucifixus ē pro vobis. aut in noīe pauli
baptizati eſtis? Grās ago deo meo ꝙ neminē veſtꝝ baptizaui. niſi
criſpū et gaiūm. ne q̄s dicat ꝙ in noīe meo baptizati eſtis. Baptiza
ui aūt et ſtephani domū. ceteꝝ neſcio ſi quē alium vrm̄ baptizauerī.
Nō em̄ miſit me chriſtꝰ baptizare ſ; euāgelizare. nō in ſapia ꝟbi vt
nō euacuet crux chriſti. Verbū em̄ crucis pereuntib; q̄dē ſtulticia ē.
his autē qui ſalui fiūt. id ē nobis dei ꝟtꝰ ē. Scriptū ē eni. Perdā ſa-
piam ſapiētiū. ⁊ prudētiā prudētiū reprobabo. Vbi ſapiēs. vbi ſcri
ba. vbi inq̄ſitor. huiꝰ ſeculi? Nōne ſtultā fecit d's ſapientiā huius mū
di. Nam qꝛ in dei ſapia nō ꝯgnouit mūdus per ſapiētiam deū. pla-
cuit deo ꝑ ſtulticiā predicationis ſaluos facere credētes. Qm̄ ⁊ iudei
ſigna petūt. ⁊ greci ſapiētiā querūt. Nos autē predicamꝰ chriſtū cru
cifixum. iudeis quidē ſcandalum. gentib; autē ſtulticiam. ipſis autē
vocatis iudeis atq; grecis chriſtū dei ꝟtutē ⁊ dei ſapiam. Quia quod
ſtultū ē dei. ſapia ē hoīb; ⁊ qđ infirmū eſt dei. fortiꝰ ē hoīb;. Videte
eni vocationē vrām frēs. qꝛ nō multi ſapiētes ſm̄ carnē. non multi
potētes. nō multi nobiles. ſ; q̄ ſtulta ſūt mūdi elegit deus vt ꝯfūdat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

foꝛtia. ⁊ ignobilia mūdi ⁊ ꝯtēptibilia elegit deus ⁊ ea q̄ nō ſūt. vt ea
que ſūt deſtrueret. vt nō glorieť oīs caro ī ꝯſpcū eiꝰ Ex ipſo aūt vos
eſtiſ ī chriſto ieſu q̄ factꝰ ē nobis ſapiā ⁊ iuſticia ⁊ ſcificatio ⁊ redēptio
vt quēadmodū ſcriptū eſt. qui gloriať. in dn̄o glorieť. Ca. ij.

Et ego cū veniſſem ad vos frēs veni. nō ī ſublimitate ſmo/
nis aut ſapie annūcians vobis teſtimoniū chriſti. Nō enim
iudicaui me ſcire aliq̄d inť vos niſi ieſū chriſtū ⁊ hūc crucifixū. ⁊ ego ī
infirmitate ⁊ timore ⁊ tremore mľto fui apd̄ vos. ⁊ ſmo meꝰ ⁊ p̄di
catio mea. nō in ꝑſuaſibilibꝫ hūane ſapie vbis. ſʒ in oſtenſiōe ſpūs ⁊
vtutis. ⁊ fides vrā nō ſit in ſapia hoim. ſʒ in vtute dei. Sapiam āt
loq̄mur īter ꝑfectos. Sapiaʒ vo n̄ hꝰ ſcl'i. neqꝫ ꝑncipū huiꝰ ſcl'i q̄ de
ſtruūtur. ſʒ loq̄mur dei ſapiaʒ in miſterio q̄ abſcōdita ē. quā predeſti
nauit deꝰ ante ſecula in gloriā nrāʒ quā nemo ꝑncipū huiꝰ ſeculi ꝯg
nouit. Si enim ꝯgnouiſſent: nunq̄ʒ dn̄m gl'e crucifixiſſent. Sicut
ſcptuʒ ē. qd̄ oculꝰ nō vidit. nec auris audiuit. nec cor hois aſcendit
que preparauit deꝰ his qui diligūt illū. Nobis āt reuelauit deꝰ ꝑ ſpūm
ſuū. Spūs eni omnia ſcrutať etiam ꝓfunda dei Quis eni ſcit hoim
que ſūt hois. niſi ſpūs hois qui ī ipſo ē Ita ⁊ q̄ dei ſunt nemo ꝯgno
uit niſi ſpūs dei. Nos autē nō ſpūm huiꝰ mundi accepimꝰ. ſed ſpūʒ
qui ex deo ē. vt ſciamꝰ que a deo donata ſunt nobis. q̄ loq̄muř nō in
doctis humane ſapie vbis. ſʒ ī doctrina ſpūs. ſpiritualibꝫ ſpūalia ꝯ
parātes. Animalis āt homo nō ꝑcipit ea que ſūt ſpūs dī. Stulticia
eni ē illi ⁊ nō poteſt ītelligere. qꝛ ſpūaliter examinať. Spiritualis āt
iudicat oīa ⁊ ipſe a nemine iudicať. ſicut ſcptum eſt. Quis cognouit
ſenſū dn̄i: aut q̄s inſtruxit eū: Nos autē ſenſū xp̄i hēmꝰ. .iij.

Et ego frēs nō potuit vob loqui q̄ſi ſpūalibꝫ ſed quaſi carnali
bus. Tanq̄ʒ paruulis in xp̄o lac vobis potū dedi nō eſcā. Non
dum em̄ poteratis intelligere. ſʒ nec nūc quidē poteſtis. Adhuc em̄
carnales eſtis Cū eni ſit inter vos zelus ⁊ ꝯtētio. nōne carnales eſtiſ
⁊ ſm hominē ambulatis: Cū eni quis dicat. ego quidem ſum pauli:
alius autē. ego apollo: nonne homines eſtis: Quid igitur eſt apollo.
Quid vero paulꝰ Miniſtri eiꝰ cui crediſtis. Et vnicuiqꝫ ſicut dn̄s
dedit Ego plantaui. apollo rigauit. ſed deꝰ incremētū dedit. Itaqꝫ
neqꝫ qui plātat eſt aliquid neqꝫ qui rigat. ſed qui incrementum dat
deus. Qui plātat autē ⁊ qui rigat vnū ſunt Unuſquiſqꝫ autē propriā
mercedem accipiet ſm ſuū laborem. Dei eni ſumꝰ adiutores Dei a/
gricultura eſtis. Dei edificatio eſtis. Scd̄m grām dei que data eſt
mihi. vt ſapiens architectꝰ fundamētum poſui. alius autē ſupedifi/
cat. Unuſquiſqꝫ autē videat quō ſupedificet. Fundamētum em̄ ali
ud nemo pt̄ ponere preter id qd̄ poſitum eſt. qd̄ ē xp̄s ieſus. Si quis
autem ſupedificat ſupra fundamētuʒ hoc auꝝ argētū lapides p̄cio
ſos ligna fenū ſtipulam. vniuſcuiuſqꝫ opꝰ manifeſtū erit. Dies em̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

dn̄i declarabit qꝛ in igne reuelabitᷣ. ⁊ vnuſciuſqꝫ opꝰ quale ſit ignis
probabit Si cuius opus mãſerit qd̄ ſupedificabit. mercedē accipiet
Si cuiꝰ opus arſerit detrimētuꝫ patietᷣ. ipſe autē ſaluꝰ erit. ſi tamē
quaſi p ignem Neſcitis qꝛ templum dei eſtis. ⁊ ſp̄us dei habitat i vo
bis! Si q̄s autē templum dei violauerit diſpdet illuꝫ deꝰ Templū
em̄ dei ſanctū eſt. qd̄ eſtis vos Nemo ſe ſeducat. Si q̄s videtᷣ inter
vos ſapiēs eſſe in hoc ſeculo. ſtultꝰ fiat vt ſit ſapiēs. Sapiē em̄ huiꝰ
mūdi ſtulticia eſt ad deū. Scriptū eſt eni. Comprehendam ſapien
tes in aſtutia eoꝝ. Et iterum. Deꝰ nouit cogitationes ſapiētiū. qm̄
vane ſunt. Nemo itaqꝫ gloriet in hominibꝫ Omnia em̄ veſtra ſunt.
ſiue paulꝰ ſiue apollo ſiue cephas ſiue mundꝰ ſiue vita ſiue mors ſiue
p̄ſentia ſiue futura. Omnia enim veſtra ſūt. vos autē chriſti. chriſtꝰ
autem dei.

☞ Capitulū. iiij.

SIc nos exiſtimet hō vt miſtros xp̄i. ⁊ diſpenſatores miſterio
rū dei. Hic iam q̄ritᷣ inter diſpenſatores. vt fidelis q̄s inuiatᷣ
Mihi autē ꝑ minimo ē. vt a vobis iudicer. aut ab humano die. Sꝫ
neqꝫ meip̄m iudico. Nihil em̄ mihi cōſcius ſū. ſꝫ nō in hoc iuſtificatꝰ
ſum. Qui aūt iudicat me dn̄s eſt. Itaqꝫ nolite āte tempꝰ iudicare. q̄
adusqꝫ veniat dn̄s qui ⁊ illumiābit abſcōdita tenebraꝝ. ⁊ manifeſta
bit cōſilio cordiū. ⁊ tūc laus erit vnicuiqꝫ a deo. Hec autem fratres
transfiguraui in me ⁊ apollo propter vos. vt in vobis diſcatis ne ſu
pra quam ſcriptum eſt vnus aduerſus alterum inflētur ꝓ alio Quis
eni te diſcernit: Quid autem habes quod nō accepiſti: Si autem ac
cepiſti. quod gloriaris quaſi nō acceperis. Iā ſaturati eſtis iam diui
tes facti eſtis. Sine nobis regnatis Et vtinam regnetis. vt ⁊ nos
vobiſcum regnemur. Puto enim deus nos apoſtolos nouiſſimos
oſtendit tanq̄ꝫ morti diſſeminatos. quia ſpectaculum facti ſumus
mundo ⁊ angelis ⁊ hominibꝫ. Nos ſtulti ꝓpter chriſtum. vos autem
prudentes in chriſto. Nos infirmi. vos autem fortes. Uos nobiles.
nos autē ignobiles Uſqꝫ in hanc horam. ⁊ eſurimꝰ ⁊ ſitimus ⁊ nu
di ſumus ⁊ colaphis cedimur ⁊ inſtabiles ſumus ⁊ laboramus ope
rantes manibꝫ noſtris. Maledicimur ⁊ benedicimus Perſecutio
nem patimur. ⁊ ſuſtinemus. Blaſphemamur. ⁊ obſecramus Tāq̄ꝫ
purgamenta huius mundi factuꝫ ſumus omnium peripſima vſqꝫ
adhuc Non vt ꝯfundam vos hec ſcribo. ſed vt filios meos chariſſi
mos moneo. Nam ſi decem milia pedagoꝝ habetis in chriſto. ſꝫ nō
multos patres Nam in chriſto ieſu per euāgelium ego vos genui.
Rogo ergo vos imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego chriſti Ideo miſi
ad vos Thymotheum q̄ eſt filius meus chariſſimus ⁊ fidelis dn̄o.
qui vos cōmone faciat vias meas. q̄ ſunt in chriſto ieſu ſicut vbiqꝫ i
omni eccleſia doceo. Tanq̄ꝫ non venturus ſim ad vos. ſic inflati ſūt
quidā. Ueniā autē ad vos cito dn̄s voluerit ⁊ ꝯnoſcam nō ſmonez

eoꝝ qui inflati ſūt ſꝫ ꝟtutem Nō em̄ in ſmone eſt regnū dei. ſed in
ꝟtute. Quid vultis in ꝟga veniam ad vos. an in charitate ⁊ ſpiritu
manſuetudinis. ¶ .Ca. v.

Omnino audiꝭ inter vos fornicatio ⁊ talis fornicatio q̄lis nec
inter gētes ita vt vxorem pr̄is ſui aliq̄s habeat Et vos īflati
eſtis ⁊ nō magꝭ luctū habuiſtꝭ. vt tollaꝭ de medio veſtꝝ. ꝙ hoc opus
fecit Ego quidē abſens corpe. pn̄s autē ſpū. Jam iudicaui vt p̄ſens
eū qui ſic operatꝰ ē in nomie dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. ꝯgregatꝭ vobis ⁊ meo
ſpū cū ꝟtute dī ieſu. tradere huiōi hoīem Sathane ī interitū car-
nis. vt ſpūs ſaluus ſit in die dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Nō eſt bona glatio
veſtra: Neſcitis qꝛ modicū fermētum totam maſſam corrūpit. Ex-
purgate vetus fermētū vt ſitis noua ꝯſperſio ſicut eſtis aſimi Ete-
ni paſcha noſtꝝ imolatus ē chriſtꝰ Itaqꝫ epulemur nō in fermento
veteri neqꝫ in fermēto malicie ⁊ nequicie. ſꝫ in azimis ſinceritatis ⁊
veritatis Scripſi em̄ vob ī epl'a ne cōmiſceami fornicarijs Nō vtiqꝫ
fornicarijs hꝰ mūdi aūt amaris aut rapacibꝫ aut idol' ſuiētibꝫ. alio-
q̄n debueratꝭ de h̄ mūdo exijſſe Nūc autē ſcripſi vobis nō ꝯmiſceri.
Si is qui fraꝭ nominaꝭ inter vos ē fornicator. aut amarꝰ aut idolis
ſeruiēs aut maledicꝰ aut ebrioſꝰ aut rapax. cū huiōi nec cibū ſumere
Quid eni mihi de his ꝗ foris ſūt iudicare: Nōne de his qui intꝰ ſunt
vos iudicatꝭ nā eos ꝗ foris ſt̄ d̄s iudicabit Auferte malū ex vobiſipſ

Audet aliq̄s veſtꝝ hn̄s negociū aduerſus alteꝝ. ¶ Ca. vi.
iudicari apud iniq̄s ⁊ nō apud ſanctos. An neſcitis q̄m ſcī de
hoc iudicabūt: Et ſi in vobis iudicabiꝭ mūdus. indigni eſtis qui de
minimis iudicetis. Neſcitis q̄niā āgelos iudicabimꝰ: quāto magꝭ ſe-
cularia. Secularia igiꝭ iudicia ſi habueritis cōtemptibiles qui ſūt ī
eccl'a illos ꝯſtituite ad iudicādū. Ad verecūdiam em̄ veſtram dico.
Sic nō eſt inter vos ſapiēs quiſquā qui poſſit iudicare inter frēm ſu-
um. ſꝫ frater cū fratre iudicio contendit. ⁊ hoc apud infideles. Jam
quidē omnino delictum eſt in vobis. qꝛ iudicia ſunt iter vos Quare
non magis iniuriam accipitis. Quare non magis fraudem patimi:
Sed vos iniuriam facitis ⁊ fraudatis. ⁊ hoc fratribꝫ An neſcitis qꝛ
iniqui regnū dei nō poſſidebūt. Nolite errare. neqꝫ fornicari. neqꝫ y-
dolis ſeruientes. neqꝫ adulteri. neqꝫ molles. neqꝫ maſculorum cōcu-
bitores. neqꝫ fures. neqꝫ auari. neqꝫ ebrioſi neqꝫ maledicī neqꝫ ra-
paces regnū dei poſſidebūt Et hec aliq̄n q̄dē fuiſtis. ſꝫ abluti eſtis. ⁊
ſanctificati eſtis. ſꝫ iuſtificati iſti in noīe dn̄i nr̄i ihu xp̄i ⁊ in ſpū dei
noſtri. Oia mihi licēt. ſed nō oīa mihi expediūt. Oia mihi licēt. ſed
ego ſub nullꝰ redigar poteſtate. Eſca vētri ⁊ vēter eſcis. deꝰ aūt et
hūc ⁊ hāc deſtruet Corpꝰ āt non fornicationi ſꝫ dn̄o. ⁊ dn̄s corpi Deꝰ
vero ⁊ dominū ſuſcitauit. ⁊ nos ſuſcitabit ꝑ ꝟtutē ſuā. Neſcitis q̄m
corpa veſtra mēbra ſūt xp̄i. Collēs ergo mēbra xp̄i. faciā mēbra me

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

retricis. Abſit. An neſcitis qm̄ qui adheret meretrici vnū fit corpus
efficit. Erunt em̄ inquit duo in carne vna Qui aūt adheret dn̄o. vn⁹
ſpiritus eſt. Fugite fornicatōem Om̄e em̄ pctm̄ qd̄cūqꝫ fecerit hō. ex
tra corpus eſt. q̇ āt fornicat in corp⁹ ſuū peccat. An neſcitis qm̄ mē
bra vrā templuꝫ eſt ſpūs ſancti qui in vobis eſt quē habetis a deo et
nō eſtis veſtri. Empti em̄ eſtꝭ precio magno. glificate ꝛ portate deū
in corpore veſtro ☞ Ca. vij

De quibꝫ āt ſcripſiſtis mihi. bonū ē hōi mulierē nō tāgere Prop
ter fornicatōem aut vnuſquiſqꝫ ſuā vxorē habeat. ꝛ vnaqueqꝫ
ſuū viruꝫ hēat. Uxori vir debitū reddat. ſilr āt ꝛ vxor viro. Mulier
ſui corpis ptātem nō hꝫ. ſed vir. ſilr aūt ꝛ vir ſui corpis ptātem non
hꝫ. ſed mulier Nolite fraudare inuicē niſi forte ex ꝯſenſu ad tempus
vt vacetꝭ orōni. ꝛ iterꝫ reuertimini in idipſuꝫ. ne tēptat vos ſathanas
ꝑpter incōtinentiā. vrām Hoc āt dico ſm indulgentiā. nō ſm impe
riū. Uolo aūt oēs hoies eē ſicut meipſum. Sꝫ vnuſquiſqꝫ ꝓprium
donū hꝫ ex deo. alius q̇dem ſic. ali⁹ vͦo ſic. Dico aūt nō nuptis ꝛ vi
duis. bonū eſt illis ſi ſic permāſerint ſicut ꝛ ego. qꝫ ſi nō ſe ꝯtinēt. nu
bant. Melius eſt em̄ nubere qꝫ vri His āt q̇ matrimonio iūcti ſunt
precipio. nō ego ſꝫ dn̄s. vxorē a viro nō diſcedere. qꝫ ſi diſceſſerit. ma
nere innuptā aut viro ſuo recōciliari. Et vir vxorē nō dimittat. Naꝫ
ceteris dico ego nō dn̄s. Si quis frater vxorē habet infidelē. ꝛ hec cō
ſentit habitare cū illo. nō dimittat illā. Et ſi qua mulier habet virū
infidelē. ꝛ ſic ꝯſentit habitare cū illa ꝛ nō dimittat virū Sanctifica
t⁹ eſt em̄ vir infidelis per mulierē fidelē. ꝛ ſanctificata eſt mulier in
fidelis par virū infidelē. Alioquin filij veſtri im mūdi eſſent. nūc aūt
ſancti ſunt. qꝫ ſi infidelis diſcedit. diſcedat: Nō em̄ ſeruituti ſubiect⁹
eſt frater aut ſoror in eiuſmōi. In pace vocauit vos de⁹. Uñ em̄ ſcis
mulier ſi virū ſaluū facies. aut vnde ſcis vir ſi mulierē ſaluā facies.
Niſi vnicuiqꝫ ſicut dimiſit dn̄s Unūquēqꝫ ſicut vocauit de⁹ ita am
bulet. ꝛ ſicut in om̄ibꝫ eccleſijs doceo. Circumciſus aliquis vocatus
eſt nō adducat preputiū. In preputio aliquis vocatus eſt nō circū
cidatur. Circūciſio nihil eſt. ꝛ preputiū nihil eſt. ſed obſeruatio mā
datorꝫ dei. Unuſquiſqꝫ in qua vocatōe vocatus eſt in ea permaneat
Seru⁹ vocatus es nō ſit tibi cure. Sed ꝛ ſi potes fieri liber magꝭ v
tere. Qui em̄ dn̄s vocatus eſt ſeruus libertus eſt dn̄i. Similr quoni
am liber vocatus eſt. ſeruus eſt xp̄i. Precio empti eſtis. nolite fieri
ſerui hoīm Unuſquiſqꝫ ergo in quo vocatus eſt frater. in hoc ꝑma
neat apud deū De ꝟginibꝫ aūt preceptū dn̄i nō habeo. ꝯſiliū aūt tā
qꝫ miam cōſecutus a deo vt ſim fidelis. Exiſtimo em̄ hoc bonū eſſe
ꝑpter inſtantē neceſſitatem. qm̄ bonū eſt homini hic eſſe. Alligatus es
vxori. noli querere ſolutōem. Solutus es ab vxore. noli q̄rere vxoreꝫ
Si aūt acceperis vxorē nō peccaſti. ꝛ ſi nupſerit ꝟgo nō peccauit.

Tribulatõnem tamẽ carnis habebũt hmõi. Ego aũt vobis parco. Hoc ita qꝫ dico frẽs Tẽpus breue eſt. Reliquũ eſt. vt ⁊ q̇ hñt vxores. tanq̄ꝫ nõ hñtes ſint. ⁊ qui flent tanq̄ꝫ nõ flentes. et q̇ gaudent tanq̄ꝫ nõ gaudentes: ⁊ q̇ emunt tanq̄ꝫ nõ poſſidentes. ⁊ q̇ vtunꝛ hoc mũ/do tanq̄ꝫ nõ vtanꝛ. Preterit eñ figura huiꝰ mũdi. volo aũt vos ſine ſollicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt ſollicitꝰ eſt q̄ dñi ſunt. qũo placeat deo. Qui ãt cũ vxore ẽ. ſollicitꝰ eſt q̄ ſunt mũdi. quõ placeat mulieri ⁊ diuiſus eſt. Et mulier innupta ⁊ ꝟgo cogitat q̄ dñi ſunt vt ſit ſcã cor pore ⁊ ſpũ. Que aũt nupta eſt. cogitat q̄ ſunt mũdi qũo placet viro. Porro hoc ad vtilitatẽ nrãm dico. nõ vt laqueũ vobis inijciaꝫ. ſꝫ ad id qḋ honeſtũ eſt. ⁊ qḋ facultatẽ p̄beat ſine impedimento dñm oble ctãdi. Si q̇s aũt turpẽ ſe videri exiſtimat ſuper ꝟgine ſua. ꝙ ſit ſuꝑ adulta ⁊ ita oportet fieri qḋ vult faciat. Nõ peccat: ſi nubat. nã q̇ ſta tuit in corde ſuo firmꝰ nõ hñs neceſſitatẽ. poteſtatem aũt habẽs ſue volũtatis ⁊ hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginitatem ſuaꝫ be nefacit. Igiꝛ ⁊ q̇ matrimonio iũgit virginem ſuam benefacit ⁊ q̇ nõ iungit meliꝰ facit. Mulier alligata eſt legi. quãto tempore vir eiꝰ vi uit. ꝙ ſi dormierit vir eiꝰ. liberata eſt a lege. Cui aũt vult nubat tm̄ in domino. Beatior aũt erit ſi ſic permanſerit ſꝫm meum conſiliuꝫ. Puto aũt ꝙ ⁊ ego ſpũm dei habeam ¶ Ca. viij.

DE his autẽ que ydolis ſacrificanꝛ ſcimꝰ. quia omnia ſcientiam habemꝰ. Scientia inflat. charitas vero edificat. Si q̇s aũt ſe exiſtimat ſcire aliq̇d nondũ ꝯgnouit quemadmodũ oporteat eum ſcire. Si quis aũt diligit deũ. hic cognitꝰ eſt ab eo De eſcis autem q̄ ydolis immolantur ſcimꝰ quia nihil eſt ydolum in mũdo. ⁊ ꝙ nullꝰ deus niſi vnꝰ Nam ⁊ ſi ſunt qui vocanꝛ dij. ſiue in celo ſiue in terra. ſiquidem ſunt dij multi ⁊ domini multi nobis tamen vnus pater ex quo omnia ⁊ nos in illo. ⁊ vnus dominꝰ Jeſus chriſtus per quẽ om nia ⁊ nos per ipſum. Sed nõ in omnibꝫ eſt ſcientia. Quidam autem cum cõſcientia vſqꝫ nunc idoli. quaſi ydolatitum manducant. ⁊ cõſ ſcientia ipſoꝝ cum ſit infirmata polluiꝛ. Eſca aũt nos nõ commen dat deo. Neqꝫ eñ ſi manducauerimꝰ abundamꝰ. neqꝫ ſi nõ mandu cauerimꝰ deficiemus. Videte autẽ ne forte hec licentia veſtra offen/ diculum fiat infirmis. Si eñ quis viderit eum qui habet ſcientiã in ydolo recumbentẽ nõne conſcientia eiꝰ cum ſit infirma edificabitur ad manducandũ ydolatica Et peribit infirmꝰ in tua conſciẽtia fra ter ꝓpter quem chriſtus mortuꝰ eſt. ſic autẽ peccantes in fratres ⁊ ꝑ cutientes conſcientiam eoruꝫ infirmam in chriſtũ peccatis. Quaꝓ pter ſi eſca ſcandalizat fratrẽ meũ. non manducabo carnẽ in eternũ ne fratrem meũ ſcandalizem ☞ Ca. ix.

NOn ſum liber. Non ſum apoſtolus. Nonne chriſtum Jeſum dominuꝫ noſtrum vidi. Nonne opus meum vos eſtis in dño.

Et ſi alijs non ſum apoſtolus ſed tamẽ vobis ſum. Nam ſignaculū
apoſtolatꝰ mei vos eſtis in dño Mea defenſio apud eos ꝗ me inter
rogāt ħ ē Nūqd ñ habeꝰ poteſtatē mādućādi ⁊ bibēdi· Nūqd ñ habeꝰ
ſororē mulierē circūcidendi. ſicut ⁊ ceteri apoſtoli dñi ⁊ cephas Aut e
go ſolꝰ aut Barnabas ñ habemꝰ poteſtatē hoc operandi. Quis mili
tat ſuis ſtipendijs vnquam. Quis plantat vineam. ⁊ de fructu eius
non edit. Quis paſcit gregem. ⁊ de lacte gregis non manducat. Nū
quid ſecundum hominem hec dico. An ⁊ lex hec non dicit. Scriptū
eſt enim in lege moyſi. Non alligabis os boui trituranti. Nunquid
debobus cure eſt deum. An propter vos vtiqꝫ hec dicit. Non prop-
ter nos ſcripta ſunt. quoniam debet in ſpe qui arat arare. ⁊ qui tritu
rat in ſpe fructus percipiēdi. Si nos vobis ſpiritualia ſeminauimꝰ
magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus. Si alij poteſtatis ve
ſtre participes ſunt. quare non potius nos. Sed non vſi ſumus hac
poteſtate. ſed omnia ſuſtinemus ne quod offēdiculum demus euā-
gelio chriſti. Neſcitis quoniam qui in ſacrario operantur. que de ſa-
crario ſunt ⁊ edūt Et qui altario deſeruiunt cū altario participant:
Ita ⁊ dominus ordinauit his qui euangelium annunciant de euan-
gelio viuere. Ego autem nullo horum vſus ſum. Non autem ſcripſi
hec. vt ita fiant in me. Bonum eſt enim mihi magis mori ꝗꝫ vt glo
riam meam quis euacuet. Nam ⁊ ſi euangelizauero non eſt michi
gloria. Neceſſitas enim mihi incūbit. Ve enim mihi eſt ſi non euan
gelizauero. Si eñ volens hec ago mercedem habeo. ſi autem inui-
tus. diſpenſatio mihi credita eſt. Que eſt ergo merces mea vt euange
liū predicans. ſine ſumptu ponam euāgelium. vt nō abutar poteſta
te mea in euāgelio Nam cū liber eſſem ex omnibus. oim me ſeruum
feci. vt plures lucrifacerem. Et factus ſum iudeis tāqꝫ iudeus vt iu-
deos lucrarer. His qui ſub lege ſunt quaſi ſub lege eſſem cum ipſe
nō eſſem ſub lege. vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem his qui ſine
lege erāt tanqꝫ ſine lege eſſem. cū ſine lege dei nō eſſem. ſed in lege eſ
ſem chriſti. vt lucri facerē eos qui ſine lege erāt. Factus ſū infirmis
infirmus vt infirmos lucrifacerem. Omnia omnibus factus ſuꝫ. vt
omnes facerem ſaluos. Omnia autem facio propter euāgelium. vt
particeps eius efficiar. Neſcitis ꝙ hi qui in ſtadio currunt. omnes ꝗ-
dem currunt. ſed vnus accipit brauiū Sic currite vt cōprehendatis
Omnis aūtem qui in agone cōtendit ab omnibus ſe abſtinet. ⁊ illi ꝗ
dem vt corrubtibilem coronam accipiāt. nos autē incorruptā. Ego
aūt ſic curro ñ quaſi in incertū. ſic pugno non quaſi aerē verberans
ſed caſtigo corpus meum ⁊ in ſeruitutem redigo. ne forte cū alijs pre
dicauerim ipſe reprobus efficiar. ☞ Ca.x.

Nolo eñ vos ignorare fratres. quoniam patres noſtri omñes
ſub nube fuerunt ⁊ omnes mare trāſierūt. ⁊ omnes in moy-

ſe baptizati ſunt in nube ⁊ in mari ⁊ omnes eãdem eſcam ſpiritua
lem manducauerũt. ⁊ omnes eandem potum ſpiritualem biberũt.
Bibebant autem de ſpiritali cõſequẽte eos petra petra autem erat
chriſtus. Sed non in pluribus eorum bñplacitum eſt deo. Nam pro
ſtrati ſunt in deſerto. Hec autem in figura facta ſunt noſtri. vt non
ſimus ꝯcupiſcentes maloꝝ ſicut ⁊ illi ꝯcupierunt. Neqꝫ ydolatre ef
ficiamini ſicut quidam ex ipſis. quẽadmodum ſcriptum eſt. Sedit
populus mãducare ⁊ bibere. ⁊ ſurrexerunt ludere. Neqꝫ fornicemur
ſicut quidã ex ipſis fornicati ſunt. ⁊ ceciderunt vna die vigintitria mi
lia. Neqꝫ temptemus xp̄m ſicut q̇dam eorum temptauerũt ⁊ a ſer-
pentibꝫ perierunt Neqꝫ murmuraueritis ſicut quidam eorum mur-
murauerunt ⁊ perierunt ab exterminatore. Hec omnia in figura cõ
tingebant illis. ſcripta ſunt em̄ ad correptionem noſtrã. in quos fi-
nes ſeculorũ deuenerunt Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat
Temptatio vos nõ apprehendat niſi humana. Fidelis aũt deus eſt
qui nõ patiet᷑ vos tẽptari ſupra id quod poteſtis. ſed faciat etiã cum
temptatõe ꝓuẽtum vt poſſitis ſuſtinere. Propter quod chariſſimi
mihi. fugite ab ydolorum cultura. Ut prũdentibꝫ loquor. vosipſi iu-
dicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimꝰ. nõne cõicatio
ſanguinis chriſti eſt. Et panis quem frãgimꝰ nõne participatio cor
poris domini eſt. Qm̄ vnus panis ⁊ vnum corpus multi ſumꝰ. om
nes qui de vno pane ⁊ de vno calice participamꝰ. Uidete iſrl' ſcd̓m
carnem. Nõne qui edunt hoſtias. ꝑticipes ſunt altaris. Quid ergo
dico ꝙ ydolis imolatum ſit aliquid. aut quod ydolũ ſit aliquid. Sꝫ
que imolant gentes demonĳs imolant ⁊ nõ deo Nolo aũt vos ſoci-
os fieri demoniorum. quia non poteſtis calicem dñi bibere. ⁊ calicez
demonioꝝ nõ poteſtis menſe dñi ꝑticipes eſſe ⁊ menſe demoniorum
An emulamur dñm. Nũquid fortiores illo ſumꝰ Oia mihi licẽt. ſed
nõ oia expediũt. Oia mihi licent. ſꝫ nõ edificãt. Nemo qd̓ ſuũ eſt que
rat. ſed quod alteriꝰ Omne qd̓ in macello veit mãducare. nihil inter
rogãtes ꝓpter cõſciam. Dñi eſt terra ⁊ pleitudo eius. Si quis vocat
vos infideliũ ad cenam ⁊ vultis ire oĩe qd̓ vob̓ apponit᷑ mãducate
nihil interrogãtes ꝓpter cõſciam Si q̇s aũt dixerit hoc imolatũ ẽ ydo
lis nolite mãducare ꝓpter illũ qui ĩdicauit ⁊ propter cõſciaz. Cõſciaz
ãt dico nõ tuã ſꝫ alterius Ut quid em̄ libertas mea iudicat᷑ ab aliena
cõſcia. Si ego cũ grã ꝑticipo q̇d blaſphemor ꝓ eo ꝙ grãs ago. Siue
ergo manducatis ſiue bibitis. vel aliud quid facitis omnia in gloria
dei facite Sine offenſione eſtote iudeis ⁊ gentibus ⁊ eccle dei. ſicut ⁊
ego ꝑ oia oibꝫ placebo. nõ querẽs qd̓ mihi vtile ẽ. ſꝫ quod multis. vt
ſalui fiant. ☞ Ca. xi.

IMitatores mei eſtote. ſicut ⁊ ego xp̄i. Laudo ãt vos frẽs. ꝙ ꝑ
oia mei memores eſtis. ⁊ ſicut tradidi vob̓ p̄cepta mea teneťz

Volo autem vos ſcire· ꝙ omnis viri caput chriſtus eſt, s. caput autez
mulieris vir caput vero chriſti deus. Vis vir orās aut ꝓphetās ve-
lato capite. deturpat caput ſuū Omnis āt mulier orās aut ꝓphetās
nō velatō capite deturpat caput ſuū. Unū eſt em̄ ac ſi decaluet. Nā
ſi nō velatur mulier. tōdeatur Si vero turpe eſt mulieri tōderi aut
decaluari velet caput ſuū. Vir quidem nō debet velare caput ſuum
qm̄ ymago ꝛ gl'a dei. mulier autem gloria viri eſt Non eni vir ex mu
liere eſt. ſꝫ mulier ex viro. Etm̄ nō ē creatus vir ꝑpter mulierem. ſed
mulier ꝑpter virum. Ideo debet mulier velamē habere ſuper caput
ſuū. ꝛ propter angelos. Verūtamen neqꝫ vir ſine muliere. neqꝫ mu
lier ſine viro in dn̄o. Nam ſicut mulier de viro. ita ꝛ vir p mulierem
Omnia autem ex deo. Vos ipſi iudicate, decet mulierem nō velatam
orare deum Nec ipſa natura decet vos Quod vir quidem ſi comam
nutriat. ignomina eſt illi. mulier vero ſi comā nutriat gl'a eſt illi. q̄-
niam capilli pro velamine ei dati ſunt. Si quis autem videtur con-
tentioſus eē nos talem ꝯſuetudinē non habem⁹. neqꝫ eccia dei Hoc
autem precipio non laudans ꝙ non in melius. ſed in deterius con-
uenetis. Primum quidem cōuenientibꝫ vobis in eccleſia. audio ſciſ
ſuras eſſe inter vos ex parte credo. Nam oportet ꝛ hereſes eſſe. vt ꝛ
qui probati ſunt manifeſti fiant in vobis. Conuenientibꝫ ergo vobis
in vnum. iam non eſt dn̄icam cenam manducare Unuſquiſqꝫ enim
ſuam cenam preſumit ad māducandum. Et alius quidem eſurit. ali
us autem ebrius ē Nūquid domos nō habetis ad manducandū ꝛ bi
bendum. Aut ecciam dei ꝯtemnitis ꝛ cōfunditis eos qui non habēt
Quid dicam vobis. Laudo vos. in hoc non laudo. Ego em̄ accepi a
dn̄o quod ꝛ tradidi vobis. qm̄ dominus ihs in qua nocte tradebat
accepit panē ꝛ grās agēs fregit ꝛ dixit. Accipite ꝛ manducate Hoc
eſt corpus meū quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meaꝫ cōme
morationē. Similiter ꝛ calicem poſtqꝫ cenauit dicens Hic calix no
uū teſtamētum in meo ſanguine. Hoc facite quotienſcūqꝫ biberis i
meam cōmemorationē. Quotiēſcūqꝫ eni manducabitis panē hunc
et calicem bibetis. mortē domi annūciabitis donec veniat. Itaqꝫ
quicūqꝫ manducauerit panē ꝛ biberit calicem domini indigne reus
erit corporis ꝛ ſanguinis domini. Probet autem ſeipſum homo. ꝛ
ſic de pane illo edat ꝛ de calice bibat indigne iudicium ſibi mandu-
cat ꝛ bibit non diiudicans corp⁹ domin. Ideo inter vos multi iſir
mi ꝛ imbecilles ꝛ dormiunt multi. Quod ſi noſmetipſos diiudicare
mus. non vtiqꝫ iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino cor
ripimur. vt non cum hoc mundo damnemur. Itaqꝫ fratres mei cū
ꝯuenitis ad manducanduꝫ inuicem expectate. Si quis autē eſurit
domi manducet. vt non in iudicium ꝯueniatis. Cetera autem cum
venero diſponā. ☞ Ca. xij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

Ad Corinthios pͥma

DE ſpiritalibꝫ āt nolo vos ignorare frēs Scitis āt qm̄ cū gētes
eētis ad ſimulchra muta. ꝓut ducebami eūtes Jō notū vobis
facio. ꝙ nemo in ſpū dei loquēs dr̄ anathema ihu Et nemo pt̄ dicere
dn̄s ihs niſi in ſpū ſcō. Diſiones vo grāꝝ ſunt. idē āt ſpūs. Et diui/
ſiones miſtratōnū ſt̄. idē āt dn̄s. Et diſiones opatōnū ſt̄. idē vo de/
us ꝗ opat̄ oia in oibꝫ Unicuiqꝫ āt dat̄ maifeſtatio ſpūs ad vtilitatē
Alij qdē ꝑ ſpūm dat̄ ſmo ſapie. alij āt ſmo ſcie ſcd̄m eundē ſpūꝫ Al
teri fides in eodē ſpū. alij grā ſanitatū in vno ſpū. alij opatio vtutū
alij prophetia. alij diſcretio ſpūm. alij interp̄tatio ſermonū. Hec āt
omnia operatur vnꝰ atqꝫ idē ſpūs. diuidēs ſingulis prout vult. Si
cut enim corpus vnum eſt ⁊ membra habet multa. omnia autē mē
bra corporis cum ſint multa. vnum tamen corpus ſunt. ita ⁊ chriſtꝰ
Etenim in vno ſpiritu omnes nos in vnum corpꝰ baptizati ſumus
ſiue iudei ſiue gentiles ſiue ſerui ſiue liberi. ⁊ omnes in vno ſpiritu
potati ſumus. Nam ⁊ corpus non eſt vnū membrum ſed mlt̄a. Si
dixerit pes quoniam non ſum manus. non ſum de corpore nū ideo
non eſt de corpore Et ſi dixerit auris. quoniam. non ſum oculus. nō
ſum de corpore. num ideo non eſt de corpore Si totum corpus ocu/
lus. vbi auditus? Si totū auditus. vbi odoratus Nunc autē poſuit
deus mēbra. vnūqdqꝫ eoꝝ ī corpore ſicut voluit Qꝫ ſi eſſent omnia
vnū mēbꝝ. vbi corpus: Nūc autē multa qdem mēbra. vnū āt corpꝰ
Nō pt̄ aut dicere. oculus manui. opera tua non indigeo. aut iteꝝ ca
put pedibꝫ. nō eſtis mihi neceſſarij. Sꝫ multomagis q̄ vident̄ mem
bra corporis infirmiora eſſe. neceſſaria ſunt Et que putamus ignobi
liora membra eſſe corporis. his honorē abundātiorem circūdamus
Et q̄ inhoneſta ſunt nr̄a abūdātiorē honeſtatē hn̄t Honeſta autem
nr̄a nullius egēt Si deus tēperauit corpus. ei cui deerat abundātiorē
tribuēdo honorē. vt nō ſit ſciſma in corpore: ſꝫ in idipm ꝓ inuicem
ſollicita ſint membra. Et ſi qd patit̄ vnū mēbꝝ cōpatiunt̄ oia mem
bra ſiue gloriatur vnum membrorum. congaudent omnia membra
Uos autē eſtis corpus xp̄i. ⁊ mēbra de mēbro. Et q̄ſdā quidē poſuit
deus in eccleſia. p̄mū apl̄os. ſcd̄o ꝓphetas tercio doctores deinde v
tutes. exinde grās curationū opitulatiōes gubernatiōes genera lin
guaꝝ interp̄tatiōes ſmonū. Nūqd omnes apl̄i. Nūqd oēs ꝓphete.
Nūqd omnes doctores: Nunquid omnes virtutes: Nunquid oēs
grām habent curationū: Nunquid omnes linguis loquntur. Nūqd
omnes interp̄tātur: Emulamini āt chariſmata meliora. Et adhuc
excellentiorem viā vobis demōſtro ☞ Ca. xiij.

SI linguis hominum loquar ⁊ angelorum. charitatem autem
nō habeā. factꝰ ſū velut es ſonās aut cymbalū tinniēs Et ſi ha
buero ꝓphetiā ⁊ nouerim miſteria oia ⁊ oēm ſciaꝫ. ⁊ ſi habuero oēꝫ
fidē: ita vt mōtes trāſferam charitatē aūt nō habuero nihil ſū Et ſi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

diſtrib'ero in cibos paupeꝝ oēs facultates meas. ⁊ ſi tradidero corpꝰ
meū ita vt ardeam. charitatē aūt nō habuero nihil mihi ꝓdeſt Cha
ritas patiēs eſt benigna ē. Charitas nō emulatˀ. nō agit perperā. nō
inflatˀ non ambitioſa nō q̄rit q̄ ſua ſūt. Nō irritatur nō cogitat malū
nō gaudet ſuper iniquitate. cōgaudet aūt veritati. Oia ſuffert oia cre
dit oia ſperat oia ſuſtinet. Charitas nunq̄ꝫ excidit. Siue ꝓphetie e
uacuabūtur. ſiue lingue ceſſabūt. ſiue ſcia deſtruetˀ. Ex parte ei cog
noſcimꝰ ⁊ ex parte ꝓphetamꝰ Cū āt venerit qđ ꝑfectū eſt. euacuabitˀ
qđ ex pte eſt. Cū eēm paruulꝰ loq̄bar vt puulꝰ. ſapiebā vt paruulus.
cogitabā vt paruulꝰ. Qn̄ āt factus ſū vir euacuaui que erāt paruuli.
Videmꝰ nūc per ſpeculū in enigmate. tūc āt facie ad faciē. Nūc cogˀ
noſco ex pte. tūc āt ꝯgnoſcā. ſicut ⁊ ꝯgnitꝰ ſū Nūc aūt manēt fides
ſpes charitas tria hec maior āt hoꝝ ē charitas ☞ Ca. xiiij

Sectamini charitatē. emulamī ſpiritalia magis autē vt ꝓphe
tis. Qui eīm loquitˀ lingua. nō hoibꝫ loquitˀ. ſꝫ deo. Nemo eīm
audit. Spūs āt loquitur miſteria. Nam qui prophetat hoibꝫ loqui
tur ad edificationē ⁊ exhortationē ⁊ cōſolationem. Qui loquitur lin
gua ſemetipſū edificat. Volo aūt omnes vos loqui linguis. magis
aūt prophetare. Nam maior eſt q̄ prophetat q̄ꝫ qui loquitˀ linguis
niſi forte interp̄tetˀ. vt eccleſia edificationē accipiat Nūc aūt frēs ſi ve
nero ad vos liguis loquēs. q̄d vobis ꝓdero. niſi vobis loq̄r aut i reue
latōe aut in ſcia aut in prophetia aut in doctrina. Tamen que ſine
anima ſunt vocem dantia ſiue tibia ſiue cithera. niſi diſtinctionez
ſonituū dederint. quō ſcietˀ id qđ canitˀ aut qđ citharizatˀ Etēm ſi incer
tam vocē det tuba. quis parabit ſe ad bellū: Ita ⁊ vos ꝑ linguā niſi
manifeſtū ſermonē dederitis. quō ſcietˀ id quod dicitˀ. Eritis eīm in
aera loquētes. Tam multa vt puta linguaꝝ ſunt in hoc mūdo ⁊ ni
hil ſine voce ē Si ergo neſciero ꝟtutez vocis ero ei cui loquar barba
rus. ⁊ qui loquitˀ mihi barbarꝰ. Sic ⁊ vos quoniā emulatores eſtis
ſpirituū ad edificatiōem eccie. querite vt abūdetis. Et ideo qui loqui
tur lingua. oret vt interp̄tetˀ. Nam ſi orem lingua. ſpūs meus orat.
mens āt mea ſine fructu ē. Quid ergo ē: Orabo ſpū. orabo ⁊ mente:
Pſallam ſpiritu. pſallam ⁊ mente. Ceteꝝ ſi bene dixerit ſpūs. quis
ſupplet locū ideote: Quō dicet amen ſuꝑ tuā būdictionē: Qm̄ quid di
cas neſcit. Nam tu quidē bene grās agis. ſed alter nō edificatˀ Grās
ago deo meo ꝙ omniū veſtrum lingua loquor. Sed in eccleſia volo
q̄nq̄ꝫ ꝟba ſenſu meo loq̄. vt ⁊ alios inſtruam. q̄ꝫ decē milia ꝟboꝝ in
lingua Frēs nolite pueri effici ſenſibꝫ. ſꝫ malicia puuli eſtote. ſenſibꝫ
āt perfecti eſtote In lege ei ſcriptū ē Qm̄ in alijs linguis ⁊ in alijs la/
bijs alijs loquar populo huic. ⁊ nec ſic exaudiēt me dicit dn̄s Itaq̄ꝫ
lingue in ſignū ſūt nō fidelibꝫ ſꝫ infidelibꝫ. ꝓphetie āt nō infidelibus
ſꝫ fidelibꝫ Si ergo cōueniat vniuerſa eccia in vnū. ⁊ oēs linguis lo/

quātur. intrēt aūt ideote aut infideles nōne dicent. q̄d inſanitis Si
aūt oēs ꝓphetēt intret autē q̄s infidelis vl' ideota cōuincit̄ ab oībus
diiudicat̄ ab omnibꝫ. Occulta em̄ cordis eiꝰ manifeſta fiūt. ⁊ ita ca-
dens in faciē adorabit deū. ꝓnuncians ꝙ vere deꝰ in vobis ſit. Quid
ergo eſt frēs: Cū cōuenitis vnuſquiſqꝫ veſtrū pſalmū habet. doctri-
nam hꝫ. apocalipſi habet. linguā habet. interp̄tationē hꝫ. oīa ad edi-
ficationem fiāt. Siue lingua quis loquit̄ ſcd̄m duos. aut vt multū
tres ⁊ per ptes. ⁊ vnus interp̄tetur. Si autē nō fuerit interpres. ta-
ceat in eccl̄ia. ſibi autē loquat̄ ⁊ deo Prophete āt duo aut tres dicāt
et ceteri diiudicēt. Quod ſi alij reuelatū fuerit ſedenti. prior taceat.
Poteſtis em̄ oēs per ſingulos prophetare. vt oēs diſcant ⁊ omnes
exhortētur Et ſpūs ꝓphetaꝝ ꝓphetis ſubiecti ſūt. Nō em̄ diſſenſio
nis ē deus. ſꝫ pacis. ſicut ⁊ in oībꝫ eccl̄is ſanctoꝝ doceo. Mulieres in
eccleſijs taceāt. Nō em̄ permittitur eis loqui. ſꝫ ſubditas eſſe. ſicut ⁊
lex dicit Si quid aūt voluūt diſcere domi viros ſuos interrogēt Tur
pe ē em̄ mulieri loqui in eccl̄ia. An a vobis v̄bū dei ꝓceſſit. aut ī vos
ſolos ſpernit. Si quis videtur propheta eſſe aut ſpūalis. ꝯnoſcat
que ſcribo vobis qꝛ dn̄i ſūt mādata. Si quis aūt ignorat ignorabit̄
Itaqꝫ emulamī ꝓphetare ⁊ loqui linguis nolite prohibere. Oia au-
tem honeſte ⁊ ſc̄m ordinē fiant in vobis ☞ Ca. xv.

Notum āt vobis facio frēs euangeliū quod predicaui vobis qd̄
et accepiſtis in q̄ ⁊ ſtat ſp̄ quod ⁊ ſaluamī. qua rōne p̄dicaue-
rim vobis ſi tenetis. niſi fruſtra credidiſtꝭ. Tradidi em̄ vobis in pri
mis qd̄ ⁊ accepi. qm̄ xp̄s mortuꝰ ē ꝓ pctīs noſtris ſc̄m ſcripturas. ⁊
quia ſepultꝰ ē. ⁊ qꝛ reſurrexit tertia die ſc̄m ſcripturas. ⁊ qꝛ viſus eſt
cephe. ⁊ poſt hoc vndecim. Deinde viſus ē plus q̄ꝫ quingētis fratri-
bus ſimul. ex quibꝫ multi manēt vſqꝫ adhuc. quidā āt dormierūt De-
inde viſus ē iacobo. deinde apl'is omnibꝫ Nouiſſime autē omnium
tanq̄ꝫ ab ortiuo viſus eſt ⁊ mihi: Ego em̄ ſum minimus apoſtoloꝝ
qui nō ſū dignꝰ vocari apl's. qm̄ pſecutꝰ ſū eccl̄iam dei Grā āt dei ſū
id quod ſū. ⁊ gratia eiꝰ in me vacua nō fuit. ſꝫ abūdantius illis om
nibus laboraui. Nō ego aūtē ſꝫ gracia dī mecū Siue em̄ ego ſiue il
li ſic predicauimꝰ. ⁊ ſic credidiſtis. Si autē xp̄s predicatur. ꝙ reſur-
rexit a mortuis. q̄uo quidam dicūt in vobis. qm̄ reſurrectio mortuo
rum nō eſt Si autem reſurrectio mortuoꝝ nō eſt. neqꝫ chriſtꝰ reſur-
rexit. Si aūt xp̄s nō reſurrexit. inanis ē p̄dicatio nr̄a. inanis ē fides
noſtra. Inuenimur autem ⁊ falſi teſtes dei. qm̄ teſtimoniū dixim9
aduerſus deum ꝙ ſuſcitauit xp̄m. quē nō ſuſcitauit. ſi mortui nō re-
ſurgūt. Nam ſi mortui nō reſurgūt neqꝫ chriſtꝰ reſurrexit. ꝙ ſi xp̄s
nō reſurrexit. vana ē fides vr̄a. Adhuc eni eſtis in pctīs veſtris. Er-
go ⁊ qui dormierūt in chriſto. perierūt. Si in hac vita tm̄ in chriſto
ſperātes ſumꝰ. miſerabiliores ſumꝰ oībꝫ hoībꝫ Nūc aūt xp̄s reſur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

rexit a mortuis p̄mitie dormiētium. qm̄ quidē per hoīem mors. ꝛ p̄
hoīem reſurrectio mortuoꝝ Et ſicut in adam oēs moriūtur. ita ꝛ in
chriſto oēs viuificabunt. vnuſquiſqꝫ āt in ſuo ordīe p̄mitie xp̄s. dein
de hi qui ſūt xp̄i: q̄ in aduētu ei⁹ crediderūt Deinde finis cū tradiderit
regnū deo ꝛ patri. cū euacuerit oēm principatū ꝛ ptātem ꝛ v̄tutem.
Oportet aūt illū regnare. donec ponat oēs inimicos ſub pedib⁹ eius
Nouiſſime autem inimica deſtruet mors Omnia em̄ ſubiecit ſub pe
dib⁹ eius. Cum aūt dicat oīa ſubiecta ſūt ei. ſine dubio preter eū qui
ſubiecit ei oīa. Cum autē ſubiecta fuerit illi oīa. tūc ꝛ ip̄e filius ſubie
ctus erit illi. qui ſubiecit ſibi oīa. vt ſit de⁹ oīa in oīb⁹ Alioquin quid
facient. q̄ baptizant̄ p̄ mortuis. Si oīno mortui nō reſurgūt. vt q̄d ꝛ
baptizant̄ p̄ illis: Ut quid ꝛ nos piclitamur oī hora: Quotidie morior
ꝑpter vrām gloriā frēs. quā habeo in xp̄o ieſu dn̄o nrō. Si ſm̄ homi
nem ad beſtias pugnaui ephesi. quid mihi ꝓdeſt ſi mortui nō reſur
gūt. Māducem⁹ ꝛ bibam⁹. cras em̄ moriemur. Nolite ſeduci. Cor
rumpūt mores bonos colloq̄a mla. Euigilate iuſti. ꝛ nolite peccare
Ignorātiam em̄ dei quidā hn̄t. Ad reuerentiā vobis loq̄r. Sed dic
aliquis. q̄uo reſurgūt mortui. q̄li āt corpore veniēt: Inſipiēs tu. qd̄
ſeminas nō viuificat̄ niſi prius moriat̄ Et qd̄ ſeminas: Non corpus
quod futurū ē ſeminas ſꝫ nudum granū. vt puta tritici. aut alicui⁹
ceteroꝝ De⁹ āt dat illi corp⁹ ſicut vult. ꝛ vnicuiqꝫ ſeminū ꝓpriū corp⁹
Nō omnis caro eadē caro. ſed alia hoīm alia pecoꝝ alia volucꝝ alia
aūt piſcium. Et corpora celeſtia ꝛ corp̄a terreſtria Sꝫ alia quidē ce-
leſtiū gl̄a alia āt terreſtriū alia claritas ſolis alia claritas lune ꝛ alia
claritas ſtellaꝝ. Stella em̄ a ſtella differt in claritate ſic ꝛ reſurrectio
mortuoꝝ. Seminat̄ in corruptōe. Seminat̄ in ignobilitate. ſurget
in gl̄a. Seminat̄ in infirmitate. ſurget in v̄tute. Seminatur corp⁹
aīale. ſurget corp⁹ ſpūale. Si ē corpus aīale ē ſpūale. ſicut ꝛ ſcriptū
eſt. Fact⁹ eſt p̄mus hō Adam in aīam viuētem. nouiſſim⁹ adam in
ſpūm viuificātem Sed nō prius qd̄ ſpūale ē ſꝫ quod aīale deīn quod
ſpūale. Prim⁹ hō de terra terren⁹. ſecūdus hō de celo celeſtis. Qua-
lis terren⁹ tales ꝛ terreni.. portem⁹ ꝛ imaginē celeſtis. Hoc āt dico
frēs. qꝛ caro ꝛ ſanguis regnū dei poſſidere. nō pn̄t. neqꝫ corruptio in
corruptelā poſſidebit. Ecce miniſteriū vobis dico. oēs quidē reſurge
mus. ſꝫ nō oēs immutabimur. In momētu in ictu oculi in nouiſſi
ma tuba Canet em̄ tuba ꝛ mortui reſurgēt incorrupti. ꝛ nos immuta
bimur Oportet em̄ corruptibile h̄ induere corruptelā ꝛ mortale hoc
induere immortalitatē. tūc fiet ſmo qui ſcriptus ē. Abſorta ē mors
in victoria. Ubi eſt mors victoria tua. Ubi eſt mors ſtimulus tuus
Stimulus āt mortis peccatū eſt. v̄tus autē peccati lex Deo āt grās
qui dedit nobis victoriā per dn̄m nr̄m ieſū chriſtum. Itaqꝫ fratres
mei dilecti ſtabiles eſtote ꝛ immobiles. abundātes in omni oꝑe dn̄i

ſemp̱. ſciẽtes q̱ labor veſter nõ ẽ inanis in dñõ

DE collectis ãt q̃ fiũt in ſcõs. ſicut ordinaui in eccleſijs galathie
ita ⁊ vos facite per vnam ſabbati Unuſquiſq; veſtrũ apud ſe
reponat. recondẽs qđ ei bñ̄placuerit vt nõ cum venero tũc collecte fi
ant. Cum ãt pñ̄s fuero. q̃s probaueritis p̱ epl̃as. hos mittã p̱ferre
grãm veſtrã in hirl'm. Q; ſi dignũ fuerit vt ego eam. mecum ibunt.
Ueniã m ãt ad vos. cum macedoniam pertrãſiero. Nã macedoniã
pertrãſibo. Apud vos ãt forſitã manebo. l'etiã hyemabo. vt vos me
deducatis quocũq; iero Nolo ei vos mõ in trãſitu videre Spero eĩ
me aliquãtulũ tẽporis manere apđ vos ſi dñ̄s permiſerit Permane
bo ãt ephesi vſq; ad pentecoſten Oſtiũ em̃ mihi apertũ eſt magnũ ⁊
euidẽs ⁊ aduerſarij multi. Si ãt venerit timotheus. videte vt ſine ti
more ſit apud vos. Op⁹ em̃ dñ̄i operaṙ ſicut ⁊ ego Ne quis ergo illũ
ſpernat. Deducite aũt illum in pace. vt veniat ad me Expecto enim
illũ cum fratribus De apollo aũt fratre vobis notũ facio qm̃ multũ
rogaui eũ. vt veniret ad vos cũ fratrib⁹. ⁊ vtiq; non volũtas eius vt
nũc veniret. Ueniet aũt cũ ei vacuũ fuerit. Uigilate. ſtate in fide vi-
riliter agite ⁊ ꝯfortamini. omnia em̃ veſtra in charitate fiãt. Obſe
cro ãt vos frẽs. noſtis domũ ſtephane ⁊ fortunati ⁊ achaici. quoniã
ſunt primitie achaie. ⁊ in miniſteriũ ſcõꝝ ordinauerũt ſeipſos vt vos
ſubditi ſitis eiuſmodi ⁊ oĩ cooperãti ⁊ laborãti. Gaudeo aũt ĩ pñ̄tia
ſtephane ⁊ fortunati ⁊ achaici. qm̃ id qđ vobis deerat. ipſi ſupleue-
rũt. Refecerũt enim ⁊ meũ ſpũm ⁊ veſtꝝ. Cognoſcite ergo que eiuſ
modi ſunt. Salutãt vos oẽs eccleſie aſie. Salutãt vos in dñ̄o mul
tũ aquila ⁊ priſca cũ domeſtica ſua eccleſia. apud q̃s ⁊ hoſpitor Sa
lutãt vos oẽs fratres Salutate inuicẽ in oſculo ſcõ Salutatio mea
manu pauli. Si quis non amat dñ̄m noſtꝝ ieſum xp̄m ſit anathe-
ma maranatha. Gracia dñ̄i noſtri ieſu xp̄i vobiſcum. Charitas mea
cum omnibus vobis in chriſto ieſu Amen.

Explicit Epiſtola pauli ad Corinthios p̱ma Incipit Prolog⁹ in ſecundam epiſtolam ad Corinthios.

IN ſecũda ad corinthios epiſtola q̃ſi in parte ſuperiori poſt
tribulationẽ ſuaꝝ relatiões reddit cauſas quare ad eos ſe
cũdo nõ ierit qm̃ nõ leui mutatiõe cõſilij feciſſe ſe aſſerit. ſ;
ne aduẽtu ſuo triſticiam incurreret. cum in peccato permanere diſci
pulos reperiſſet. Deinde poſt agnitos fruct⁹ penitẽtie recõſiliat eũ
eccleſie. quem in prima propter fornicationẽ a cõſortio ſanctorum
iuſſerat amoueri. Tercio cõtra pſeudo apoſtolos officij ſui dignita-
tem tuetur. ⁊ noui teſtamenti miniſtros tanto anteire gratia oſtẽdit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

quanto euãgeliũ eſt in ecl̃e preſtãtius Immoratur etiã in cauſa iſta plurimũ quam breuiter in prima contigerat. vt prompto ac libenti animo neceſſaria p̃ntis vite nõ habentibꝫ largiãtur. ⁊ vtilitate ſpũalis cõmertij commutẽt p̃ntia cũ futuris. atqꝫ abundãtia ſua ſcõꝝ inopiã ſuppleãt vt viciſſim eoꝝ inopia ſanctoꝝ abundãtia ſuppleatur In fine reperit qḋ ſuperiꝰ ꝯtra pſeudo apl̃os egerat. ⁊ iactationem eoꝝ p̄dicationeſqꝫ de ſe glorioſas vl̃ collata antiq̇tate g̃nis vl̃ cathalogo iniuriaꝝ. ac periculoꝝ ſuoꝝ euacuat dicitqꝫ eos operarios ſub dolos qui ad imitationẽ ſathane trãſſigurẽtur in apl̃os xp̄i ſub predicatõis ſpe lucra pecuniaria queqꝫ ſectãtes.

☞ Incipit argumentum.

POſt actam a corinthijs p̃ntiã ꝯſolatoriã ſcribit eis epl̃am apoſtolꝰ a troade per titũ ⁊ collaudãs eos. hortaꝰ ad meliora ꝯtriſtatus quidẽ eos. ſꝫ emẽdatos oſtendens.

Explicit argumentũ. Incipit epiſtola pauli ad Corinthios ſecunda. Capitulũ primũ.

PAulus apl̃s chriſti ieſu per voluntatẽ dei. ⁊ thimotheꝰ frater eccl̃ie dei q̃ ẽ corinthi cũ õnibꝫ ſanctis q̇ ſũt in vniuerſa achaia. Grã vobis ⁊ pax a deo prẽ nrõ ⁊ dño ieſu chriſto. Bñdictus dñs deus ⁊ pater dñi noſtri ieſu chriſti. pater miſericordiaꝝ ⁊ deꝰ totius ꝯſolatõis. qui cõſolatur nos in õni tribulatõe nr̃a. vt poſſimꝰ ⁊ ipſi ꝯſolari eos q̇ in õni preſſura ſũt per exhortationẽ qua exhortamur ⁊ ipſi a deo. q̃m ſicut abundãt paſſiões chriſti in nobis ita ⁊ per chriſtũ abũdat ꝯſolatio noſtra. Siue aũt tribulamur ꝓ vrã exhortatõe ⁊ ſalute. ſiue ꝯſolamur ꝓ vrã ꝯſolatõe ſiue exhortamur ꝓ vrã exhortatõe ⁊ ſalute qui opaꝰ tolerãtiã earũdem paſſionũ quas ⁊ nos patimur. vt ſpes nrã firma ſit pro vob̃: ſcientes q̃niã ſicut ſocij paſſionũ eſtis. ſic eritis ⁊ ꝯſolatõis. Nõ enim volumꝰ ignorare vos frẽs de tribulatione noſtra q̃ facta ẽ in aſia. q̃niã ſupra modũ grauati ſumꝰ ſupra ꝟtutẽ ita vt tederet nos etiã viuere. Sꝫ ipſi in nobiſipſis reſpõſum mortꝭ habuimꝰ. vt nõ ſimus fidentes in nobis. ſꝫ in deo q̇ ſuſcitat mortuos. qui de tãtis periculis nos eripuit ⁊ eruit in quem ſperamꝰ. q̃m ⁊ adhuc eripiet adiuuãtibꝫ ⁊ vobis in orõne pro nobis. vt ex mlẗaꝝ perſonis faciẽ eiꝰ que nob̃ ẽ donationis per multos grẽ agaꝰ pro nobis. Nam gloria nrã hoc eſt teſtimoniũ ꝯſcie noſtre ꝙ in ſimplicitate cordis ⁊ ſinceritate dei ⁊ nõ in ſapia carnali. ſed in grã dei conuerſati ſumꝰ in hoc mũdo. abundãtius aũt ad vos Nõ enĩ alia ſcribimꝰ vobis q̃ꝫ que legiſtis ⁊ cognouiſtis. Spero aũt ꝙ vſqꝫ in finẽ cognoſcetis. ſicut ⁊ ꝯgnouiſtis nos ex parte. qꝛ gloria veſtra ſumꝰ ſicut et vos noſtra in die dñi noſtri ieſu chriſti Et hac cõfidẽtia volui priꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
229 E 27

venire ad vos vt ſcdam grãm haberetis. ꝑ vos trãſire in macedoniã
et iterꝫ a macedonia venirẽ ad vos. ⁊ a vobis deduci in iudeam Cuꝫ
ergo hoc voluiſſem. nũqd leuitate vſus ſum Aut que cogito ſꝫ carnẽ
cogito. vt ſit apud me. eſt ⁊ nõ. Fidelis aũt deus. qꝛ ſermo noſter qui
fuit apud vos. nõ ẽ in illo eſt ⁊ nõ. ſed ẽ ĩ illo ẽ Dei enĩ filiꝰ ieſus xp̃s.
q̃ in vobis per nos p̃dicatꝰ ẽ. ꝑ me ⁊ Siluanũ ⁊ thimotheũ. nõ fuit
in illo ẽ ⁊ nõ. ſꝫ eſt in illo fuit. Quotq̃t enĩ ꝓmiſſiones dei ſũt. in illo
eſt. Jõ ⁊ per ipſũ amẽ deo ad gl'am vrãm. Qui aũt ꝯfirmat nos vo-
biſcũ in xp̃o. ⁊ q̃ vnxit nos deꝰ ⁊ q̃ ſignauit nos ⁊ dedit pignus ſpũs
in cordibꝫ nr̃is. Ego ãt teſtẽ deũ inuoco in aĩam meã. qꝛ pcẽs vobis
nõ veni vltra corinthiũ. nõ qꝛ dñamur fidei vrẽ. ſꝫ adiutores ſumꝰ
gaudij veſtri. Nam fide ſtatis. ☞ Ca. ij.

Statui ãt hipm apd me. ne iterꝫ in triſticia venirẽ ad vos Si
ei ego ꝯtriſto vos. q̃s ẽ q̃ me letificet. niſi q̃ ꝯtriſtat ex me Et
hipm ſcripſi vobis. vt nõ cũ venero triſticiã ſuꝑ triſticiã habeã de q̃
bus oportuerat me gaudere. ꝯfidẽs in oĩbꝫ vob. qꝛ meũ gaudiũ oĩꝫ
veſtrꝫ ẽ. Nã ex multa tribulatõe ⁊ anguſtia cordis ſcripſi vobis per
m'ltas lachrymas nõ vt ꝯtriſtamini. ſed vt ſciatis quã charitatẽ ha-
beam abundãtius in vobis. Si q̃s ãt ꝯtriſtauit me. non me ꝯtriſta-
uit ſꝫ ex ꝑte. nõ vt onerẽ oẽs vos. Sufficit illo q̃ eiuſmõi ẽ obiurga-
tio hec. q̃ fit a pluribꝫ. ita vt ecõtrario magꝭ donetis ⁊ ꝯſolemini. ne
forte abundãtiori triſticia abſorbeat. qui eiuſmõi ẽ. Propter qd ob-
ſecro vos. vt ꝯfirmetis ĩ illũ charitatẽ. Jõ em̃ ⁊ ſcripſi vobis. vt cog-
noſcã experimẽtũ vr̃m. an in oĩbꝫ obedientes ſitis Cui ãt aliquid do-
naſtis ⁊ ego. Nã ⁊ ego qd donaui ſiquid donaui, ꝓpter vos in ꝑſona
xp̃i: vt nõ circũueniamur a ſathana. Nõ em̃ ignoramus cogitatões
eius Cum veniſſem ãt troadem ꝓpter euãgeliũ xp̃i. ⁊ oſtiũ mihi aꝑ-
tũ ẽ in dño. nõ habui requiẽ ſpũi meo. eo qꝛ nõ inuenerim titũ frẽm
meum ſed vale faciẽs eis ꝓfectus ſum in macedoniam Deo ãt gra-
tias. qui ſꝑ triumphat nos in chriſto ieſu. ⁊ odorẽ noticie ſue mani-
feſtat per nos in omni loco. qꝛ xp̃i bonus odor ſumus deo his q̃ ſalui
fiũt. ⁊ in his qui pereũt. Alijs quidẽ odor mortis in mortẽ. alijs aũt
odor vite in vitã Et ad hec q̃s tã ydoneꝰ. Nõ em̃ ſumꝰ ſicut plurimi
